Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rana: et dignus est operarius mercede sua. Adu-
cus ꝓpiterium accusationem noli recipere: nisi sub
duobus aut tribus testibus. Peccantes coram
omnibus argue: ut ceteri timorem habeant.
Testor coram deo et iesu xpo et electis angelis
ut hec custodias: sine prejudicio nichil facens
in aliam partem declinando. Secundũ lucam

Ait dominus ad iesum quidam de turba. Magi-
ster: dic fri meo ut diuidat mecum hereditate.
At ille dixit ei. Homo: quis me constituit prin-
cipem aut diuisorem super uos. Dixitq; ad illos.
Videte et cauete ab omni auaricia: quia non
in habundancia cuiusquam uita eius est ex his
que possidet. Dixit autem ad illos similitudi-
nem dicens. Hominis cuiusdam diuitis ube-
res fructus agro attulit: et cogitabat intra
se dicens. Quid faciam quod non habeo quo co-
gregem fructus meos. Et dixit hoc faciam.
Destruam horrea mea et maiora faciam: et
illuc congregabo omnia que nata sunt michi et
bona mea: et dicam anime mee. Anima habes
multa bona posita in annos plurimos: requies-
ce comede bibe epulare. Dixit autem illi deus.
Stulte: hac nocte animam tuam repetunt a te:
que autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi
thesaurizat: et non est in deum diues. Dixitq;
ad discipulos suos. Ideo dico uobis: nolite sol-
liciti esse anime quid manducetis: neq; corpo-
ri quid induamini. Anima plus est quam esca:
et corpus plus quam uestimentum. Consideraite
coruos qui non seminant neq; metunt: quib